AC 100:24, p.41, L35-36, c.1421: *priori Beata Marie in Hollandie non fit misericordia.*

AC 100:10, p. 52, L24-25, c.1421: *priori Beate Marie in Hollandia non fit misericordia.*

AC 100 :10, p. 63, L34-35, c.1422 : *priori domus Silve Sancti Martini prope Geraldimonte non fit misericordia.*

AC 100:24, p.47, L34-35, c.1422: *piori domus Silve sancti martini non fit misericordia.*

AC 100:10, p.74, L3, c.1423: *priori Silve Sancti Martini prope Geraldini non fit misericordia.*

AC 100:24, p.54, L5-8, c.1423: *priori Silve Sancti Martini prope Geraldimontem non fit misericordia.*

AC 100:24, p.61, L14-15, c.1424: *priori Silve Sancti Martini prope Geraldimontem non fit misericordia.*

AC 100 :10, p. 91, L28-29, c.1425 : *provinciam Picardie Remotioris visitabunt priores Andwerpie & Capelle. Domum Andwerpie priores Silve & Gandavi.*

AC 100 :10, p. 92, L30-31, c.1425 : *priori domus Silve Sancti Martini prope Geraldimontem non fit misericordia.*

AC 100 :24, p. 72, L12, c.1425 : *priori domus Silve Sancti Martini prope Geraldimontem non fit misericordia.*

AC 100 :24, p. 77, L15, c.1426 : *Katherina uxor Hugonis soror prioris Silve Sancti Martine pro quibus fiat [unum tricennarium defunctorum per totum ordinem].*

AC 100 :24, p. 80, L22, c.1426 : *priori Silve non fit misericordia.*

AC 100 :10, p. 117, L28, c.1428 : *priori domus prope Leodium non fit misericordia.*

AC 100 :10, p. 128, L7, c.1429 : *priori domus Leodij non fit misericordia.*

AC 100 :10, p. 137, L29-30, c.1430: *priori domus Omnium Apostolorum prope Leodium non fit misericordia.*

AC 100 :24, p. 100, L22, c.1430: *priori omnium apostolorum prope leodium non fit misericordia.*

AC 100 :24, p. 107, L25-26, c.1431: *priori omnium apostolorum prope leodium non fit misericordia.*

AC 100 :24, p. 117, L18, c.1432: *priori omnium apostolorum prope leodium non fit misericordia.*

AC 100 :10, p. 166, L27-28, c.1433: *priori domus Omnium Apostolorum iuxta Liodium non fit misericordia.*

AC 100 :24, p. 124, L22-23, c.1433: *priori domus omnium apostolorum iuxta liodium non fit misericordia.*

AC 100 :10, p. 172, L32-34, c.1434: *priori domus Omnium Apostolorum prope Leodium ad suam magnam instanciam fit misericordia et relinquitur electio conventui quam habebunt confirmare ibidem transituri priores domorum Anverpie et Gosnay et de hijs que scribat dominus Johannes Belhost respondebitur sibi in literis quas misit.*

AC 100 :24, p. 131, L51-p. 132, L4, c.1434: *priori domus omnium apostolorum prope leodium ad suam magnam instantiam fit misericordia et relinquitur electio conventui quam habebunt confirmare ibidem transituri priores domorum antwerpie et gosnay et de hiis que scribit dominus johannes belhost respondebitur sibi in literis quas misit.*

AC 100 :10, p. 192, L31-33, c.1436 : *priori Silve Sancti Martini prope Gerald Montem fit misericordia, & preficimus in priorem eiusdem domus domnum Gerardum de Schiedam monachum professum domus Leodij.*

AC 100 :24, p. 146, L27-29, c.1436 : *priori Silve Sancti Martini prope geraldimontem fit misericordia Et preficimus preficimus (sic) in priorem eiusdem domus domnum gerardum de sciedam monachum professum domus leodii.*

AC 100 :24, p. 153, L22-23, c.1437 : *priori domus Silve Sancti Martini prope geraldimontem non fit misericordia.*

AC 100 :24, p. 161, L13-14, c.1438 : *priori domus Silve Sancti Martini iuxta geraldimontem non fit misericordia.*

AC 100 :10, p. 224, L24-25, c.1439 : *priori domus Silve Sancti Martini prope Gerald Montem non fit misericordia.*

AC 100 :24, p. 169, L37-38, c.1439 : *priori domus Silve Sancti Martini prope geraldimontem non fit misericordia.*

AC 100 :11, p. 8, L7, c.1440 : *priori domus Silve Sancti Martini prope Geraldimontem non fit misericordia.*

AC 100 :24, p. 176, L54-p. 177, L1, c.1440 : *priori domus Silve Sancti Martini prope geraldimontem non fit misericordia.*

AC 100 :24, p. 182, L43-44, c.1441 : *priori domus Silve Sancti Martini prope geraldimontis non fit misericordia.*

AC 100 :24, p. 191, L21-22, c.1442 : *priori domus Silve Sancti Martini prope geraldimontis non fit misericordia.*

AC 100:11, p. 29, L30—32, c.1443: *domnus Gerardus de Schiedam, prior domus Silve Sancti Martini, qui dudum fuit prior domorum Leodij & Hollondij.*

AC 100:3, p. 118, L28-30, c.1443: *domnus Gerardus de Schiedam, prior domus Hollandie, qui dudum fuit prior domorum Leodii et Silve Sancti Martini. ???*

Arsenal:

Seynaeve, p. 324-329:

*De kartuiz. en hun klooster te Zelem, p. 98.*

**Godefridus de Dalhem**  
alias **Haerlem**

- a - v.: Simon
- b -
- c -
- d - Luik, ca 1500
- e - Luik vicaris 1507-ca 1515  
Luik monnik ? – 1516 - ?  
Geertruidenberg prior 1525- †
- f - 21 maart 1525 [c.1525] in Antwerpen.
- g -

---

AC 100:27/2, p. 239, L2-3, c.1525: domnus Godefridus de Harles, prior domus Hollandiæ.  
SAL, Obituarium, 21 Marcus: Obijt dns Godefridus monachus professus domus prope Leodien: prior domus Hollandiæ  
J.G.M. Sanders, Waterland als woestijn, p. 195: † 21 ou 22 mars 1525 [c.1525], Godefridus de Dalhem  
Stiennon, MB, p. 509:  
Seynaeve p. 333-336

## **Gulielmus Bibau**

*alias Bybau.*

- a - p.: Steven Joosz, échevin de Tielt  
m.: Marguerite Oudaris († 8 octobre 1526).
- b - Tielt (Flandre Occidentale)  
ca 1480.
- d - 1499.
- e - proc 1506-1508  
Geertruidenberg P ? octobre 1509- ? septembre 1521  
Gde Chartreuse P ? septembre 1521-†  
cvs 1511-1513  
vis 1513-1521.
- f - 24 juillet 1535.
- g - auteur.

---

de Wal, 7043, f° 142v et 154v; 7046, f° 13ss:

RAG B1288, f° 335:

Sanders, *passim*:

PB:

Gde Chartreuse, P. Bastin, A-v 179d, chartreuse de Paris: anno 1515, ultima maii domus (Parisiensis) fuit visitata ex mandato capituli generalis per Guillelmum et Brunonem priores Beatæ Mariæ in Hollandia et Vallis Sancti Georgii.

AC 100:53, p. 156, L35-..., c.1513: eligimus de prædictis visitoribus priores domorum ... Hollandiæ .... Quibus committimus auctoritatem nostri capituli, etc.

AC 100 :27/2, p. 209, L6, c.1520 : Collationem faviet anno futuro prior domus Hollandiæ.

AC 100 :27/2, p. 223, L1, c.1522 : Pro Reverendo Patre nostro Domno Guillelmo Bibaucio, &c.

AC 100 :27/2, p. 236, L28-29, c.1524 : Pro reverendo Patre nostro, Domno Guillelmo Bibaucio priore Cartusiæ, dicatur missa de Beata.

AC 100 :27/2, p. 243, L1, c.1525 : Pro Reverendo Patre nostro Domno Guillelmo, priore Cartusiæ.

AC 100:27/2, p. 255, c.1527: Honorabilis Margarita Ondorees (Odoirs), mater Reverendi Patri Domni Guillelmi prioris Cartusiæ, habens monachatum per totum Ordinem, obiit 8<sup>a</sup> Octobris.

AC 100 :27/2, p. 287, L16-17, c.1532 : Pro Reverendo Patre nostro, Domno Guillelmo Bibaucio priore Cartusiæ, &c.

AC 100 :27/2, p. 300, L32, c.1534 : Pro Reverendo Patre nostro Domno Guillelmo Bibauci, &c.

AC 100 :27/2, p. 307, L20-21, c.1535 : Pro Reverendo Patre nostro, Domno Guillelmo Bibaucio priore Cartusiæ, dicatur missa de Beata Maria &c.

AC 100:27/3, p. 1, c.1536: Reverendus Pater Domnuus Guillelmus Bibaucius prior Maioris Cartusiæ, qui vigore Statutorum nostri Ordinis et ex concessione eidem facta 1518 per tunc Reverendum Patrem Domnum Franciscum et venerabiles Patres Diffinotores habet per totum Ordinem triplicem cum psalterijs monachatum, obiit 24. Julij.

AC 100 :36, p. 83, L2-11, c.1553 : Obiit 12 februarii Reverendus Pater domnus Joannes Volonis, prior domus maioris Cartusiæ, qui vigore Statutorum nostri Ordinis et ex concessione eidem facta per Reverendos Patres Franciscum de Puteo et Domnum Guilelmum Bibaucium ac venerabiles patres Diffinotores Capituli Generalis habet per totum Ordinem triplicem cum psalteriis monachatum ; cuius obitus scribatur in calendariis conventualibus domorum Ordinis sub die 12<sup>a</sup> Februarii ; die 13<sup>a</sup> ipsius mensis scribatur anniversarium, ratione tertii monachus eidem Reverendo Patri persolvendum, et tricenarium dicti tertii monachus separatim opportuno tempore persolvatur

AC 100 :36, p. 86, L2-5, c.1554 : Obiit 15 Februarii Reverendus Pater domnus Damianus Longonus, prior domus maioris Cartusiæ, qui vigore Statutorum et ex concessione Reverendorum Patrum Guillelmi Bibaucii et Petri de Leydis, &c., ut supra, habet triplicem plenum monachatum

SAL, Obituarium, 23 julius: Reverendus in Christo pater Guillelmus Bibautius prior domus maioris car<sup>e</sup>

SAL, Obituarium, 25 julius: dns R<sup>th</sup>us in christo pater d. Guillelmus Bibautius prior domus car<sup>e</sup> maioris

SAL, Obituarium: 8 october: honorabilis Margarita mater priors venerendi Fr: G. Bibautij

**WILLEM BIBAU** (sprokkels)

Werk : Grenoble hs 801 (cfr dict. Spir. I, c, 1589

Van den Gheyn, Catalogue... t.III

nr 1972 (5136-37) G.B. Sermone

1 (f 1-2v) *Livinus Ammonius venerando patri Petro Lasio priori domus Cartusianorum prope Traiectum (de Bibaucio)*

2 (f 3-6v) *Sermonium in consessu fratrum pro more habendorum qui in hoc libro continentur compendiaria quedam adnotatio*

3 (f 7-141) (G.B.) sermone

4 (f141v-142) *Guilhelmus Bibautius ... carminia in laudem divi Joachim (3)*

(n3 cette pièce et la suivante ont été publiées à la suite de la vita J.Chr. per Ludolphum de Saxiona, Anvers, 1618, p.771.

5 (f142-142v) *Eiusdem G. Bib. Carmen supplicum ad eundem Jiachim sanctum.*

Papier ; 142f. ; 0,202 x 0,14 ; XVIe s. (1550) car on lit f° 141 : Anno Di 1550 pridie sancti Anthonii oblatus in domo Hollandie prope Montem S. Ghertrudis...

- *Sermones capitulares, Erfurt, 1539*
- *Sermones capitulares, Anvers, 1610*
- *Paquot, Mémoires pour servir ..., VII, 303 (1766)*
- *Scholten, Bibaut (Willem van), NNBW, VI, 113-115*
- *Ray, L. Bibaux ou Bibauce (Guill.)D. Sp. I, 1588-89*
- *Renouard, Bibliographie des impressions et des œuvres de Josse Badius Ascensius, 3d., Parijs, 1908.*
- *(W. B. was a friend of Badius, for whose books he contributed verses in 1499 and 1502, and a MS of S. Bruno in 1524 ; and two of Badius publications are dedicated to him, 1521 and 1524)*

Ref. op. Ep. Erasmi VI, 302

Paris, MS, Ste Geneviève, 618, f° 493<sup>v</sup>-495

Geciteerd Roberti Gagauini epistole et orationes ad L. Thuasne, t.2, 45, n, Paris, 1904.

« At 22, when 'submonitor' of St. Pheraldis' school at Ghent, he dedicated to join the Carthusians c.1497 : see a letter of Roger of verriay to Mauburn Jo (ep. 52) and cfr *The English Historical Review*, XXXIV, 236)

Paris, MS, Ste Geneviève, 618, f° 493<sup>v</sup>-495

f°493<sup>v</sup>

*Venerabili deoque dilecto Patri fratri Joanni Mauburno alias de Bruxella priori sancti Severini Juxta Castrum ordinis regularium Amore dei breviter etr secure dirigatur.*

*Incipit nunc sanctus patriarcha Joachim dum ex intentione colitur multis clarere miraculis Guilielmus Bibaucius doctus Iuvenis annorum viginti duorum, inteentio eius aliquantulum dum nutaret ad quem statum se diverteret fuit submonitor in schola sanctæ pheraldis Gandavi, perhibuit eum illius conditionis, cogitavit fieri secretarius alicuius abbatis, cogitavit adire civile studium, vel extra, interim multa revovit, tandem meritis et precibus sancti Joachim optimam partem elegit, sanctum enim ordinem Carthusiensem prope Gandavum ingressus est, sæculo plene valefaciens.*

DE WAL, II, 7<sup>v</sup>.

*Testatum omnibus esto quod anno 1521 sub Augusti mensis finem Rrdi Patres D. Guilielmus Bibautius prior tum adhuc domus Hollandiæ ceterum paulo post eodem anno electus in priorem domus Cartusiæ maioris.*

DE WAL, II, 7<sup>v</sup> (1521).

*Hoc anno sermonem habuit V.P. Guilielmus Bibautius visitator huius Provinciae et prior domus Hollandiæ, in maiori Cartusia tempore capituli generalis, qui ita se conventualibus dictæ domus probavit ut hoc anno in priorem et generalem totius ordinis eligeretur sicut infra dicitur.*

DE WAL, II, 8 (1521).

*In Reverendi P. Francisci locus ab omnibus unanimiter suffectus est D. Guilielmus Bibautius, professus domus Gandensis et prior domus B. Mariæ prope Montem S. Gertrudem in Hol-landia, diu primarius visitor huius provinciae Theutoniæ, de quo pauca præfari habeo*

DE WAL, II, 8 (1521).

*Guilielmus Bibautius natione flander oppido perquam frequenti Thileto e parentibus ingenuis prognatus, in omnibus liberalibus artibus a teneris annis imbutus (**Quippe qui cum esset puer annorum novem Lovanium a Parentibus studiorum causa missus**), usque adeo sensim unaque ætate prudentia ceterisque virtutibus (quæ merito generales vocantur) adolevit; ut inter suos cives innumeros licet facile eminere et nonem aliquod decusque gestare potuisset, si eum vitæ scopum sibi sequendum propuisset. Ceterum, relictis omnibus studiis curisque mundanis etiamnum iuvenis, quo maxime tempore plerique omnes ad honores anhelare solent, quum inter æquales in magno haberetur precio, non solum propter eruditionem quæ tum temporis rara admodum atque ob id magis suscipienda erat, verum etiam propter mores longe placidissimos in eleganti beneque compacta corpore et ad omnium gratiam facillime promerendam appositissimos, relictis in quam omnibus, quum suis moribus cum strepitu mundano minime convenire sentiret, de suæ animæ salute sollicitus Cartusiano sese instituto tradidit.*

*Patres nostri Gandenses hac occasione ordini nostre se addixisse commemorant. Gandavi quippe ludum litterarium cum aperiret in domo Pupillorum in platea Brugensi, ut quodam die disciplinæ semina in suorum auditorum animos iaceret subito flamma, fulguris fulguris instar in schola emicuit; quæ frequenter huc illuc se vibrans, per omnes auditorii angulos desæviit, ac postremam ipsum percussura, ita exterruit, ut votum animo conciperet se si incolumis ecaderet Cartusianum fore. Unde instar B. Pauli divinitus vacatus ad melioris vitæ semitam veluti manu est ductus. Sed quo anno quæstio oritur. Petreius in bibliotheca cartusiana asserit circa millesimum quingentesimum divino obsequio mancipatum et certum est quod ante annum 1505 quo Arnoldus Stampion ordini se addixit Capellæ cui plurimum congratulabatur prefatus Bibautius iam procurator, cum ipse iret ad ordines sacros suscipiendos.*

*Unde si anno 1504 complebat tantum ætatis annum vigesimum secundum epitaphium quod in eadem Bibliotheca habetur dicendum restat vel non fuisse sacerdotem ante ingressum ordinis (quod etiam mihi non constat ex aliquo Auctore nisi ex predictis Patribus Gandensibus) vel initiatum fuisse anno etatis 18 vel 19 quod hinc litebat. Propterea Dns Petreius ex probato Auctore, sicut non dubito, scribit in notis Dorlandi in hunc modum: Bibautius adulta iam etate beneficio Principis, cuius liberos erudiebat, ad summos honores ac dignitates evectus soli Deo placere desiderans Cartusianæ se familiæ Gandavi addixit. Quod non de supremæ patriæ principe Philippo Rege Castellæ intelligendum est cum dicat Theodorus Loër in epistola liminari sermonum Lanspergii: R.P. divæ memoriæ Guilielmus Bibautius domus maioris Cartusie*

8<sup>v</sup>

*imo et ordinis prior Generalis vir usquequoque doctissimus utpote qui olim haud infimorum principum in re litteraria Præceptor fuerit atque morum institutor quod idcirco dixit propter eos qui scripterunt Bibautium fuisse eruditorem Caroli V et Fernandum imperatorem, nam Carolus anno quarto ætatis vix capax fuit disciplinæ et minus Fernandus qui etate minor et qui non venit ad Belgium nisi adulta etate circa annum 1518. Circa igitur initium sæculi 1500 cum statuisset ordini nostro se addicere non id temere (ut plerique solant) aggressus est sed longe ante et locum in quem destinaret habitationem corporeis deponere et sodalitatem cum qua visturus esset...*

*...In primarium totius ordinis cartusiani priorem delectus est. Ad quam requirendum venerunt a domo Cartusie duo Monachi et unus donatus equestres, cui cum tradidissent litteras anxius et sollicitus ille primo pro onere, deinde pro itinere, quod latrociniis et bellis infame erat, cum Patre Fassorio Gandensi priore profectus est Aldenardum ubi tunc Carolus V Imperator noster agebat: cui denuntiat electi nem de se factam rogatusque an assensem electioni præbere, et an illic proficisci pateretur...*

(waarschijnlijk van Livinus Ammonius)

R.P.D. Petro, priori domus Vallis regie prope Gandavum

*Salutem in Domino sempiternam. Circumspicienti mihi, Reverendissime Pater, apud quemnam potissimum has animi curas deponerem, et in cuius sinum pias querulas ob mærorem qui contigit ab electione prioris Cartusie*

maioris, effunderem, tua paternitas, sese priomum obtulit, vel quod dolor hic haud dubie tibi mecum sit communis, quia quem tibi successurum paraveras, absque dolore non sustinebis aufferi, vel quod ita visum sit animo mee curas tibi suas hoc temporis communicare. Nam ad ipsum R.P.Gulielmum nostrum dare modo literas, quamquam ad id mens propensissima fertur, parum in tempore casurum videtur, alioquin omnibus suffragiis primas sibi partes tulisset. Sed ineptum valde visum est eum cui tanta derepente procella negociorem obiecta esset, moestis insuper queremoniis ægriorem reddere, cum potius si quid usquam solacii foret, id ad ægritudinem leniendam admovendum ei fuerat. Quantis enim putas suavissimum illud pectus turbelis agitare, tam inopinate, tamque (ut ita dicam) e vestigio relinquere compulsum si quid hic dulce habuerat, amicos, affines, sanguine convinctos aut familiaritate, consueta studia, vivendi modum, denique natale solum, cuius amore omnes omnino mortales natura tenemur. Ad hac proficisci sine redeundi spe ad dura illa et inhospita saxa, ad ignotos pene homines, et quod omnibus his gravius est, ad tantas curas et molestias perferundas. Si enim singuli priores singulis domibus præsidentes, vix inter tot diversassubditorum affectiones, ne dicam passiones eminere possunt, quanto putamus dulcem illum animum moerore constringi, cui totius ordinis omneis omnium monachorum querelas perturbationesque perferre ac moderari necessum erit. Congratuletur ei delatum qui volet honorem, ego magis (absit invidia) vicem eius doleo, immo ut vere dierim nostram, qui tam bono patre iam carituri simus, aut...potius ultrorumque...Et ipsius quidem vicem, quoniam et si omneis supradictas turbas animi virtute, et admiranda illa æquabilitate facile deo aulilium ferente suprabit, neque enim super harenam sine fundamento fidei suæ domum ædificavit, sed super petram nihili secius tamen quia mortales sumus, tanto eum onere gravissime commotum haud dubie scio. Qui enim nullis omnino perturbationibus animi movetur, is aut deus est, et omni varietate superior, aut lapis, et

40

omni bruto insensibilior. Nostram vero, quod eo tale patre tam grato nobis et amabili, qui nostras infirmitates aut ferre noverat, aut e proximo corrigere et emendare, privandi sumus. Ablectus siquidem videbitur, tante locorum intercapedine dissitus. Dixerit forditan aliquis, non auferendum, sed qui noster erat proprius, communem omnibus eum fore, et indignum videri, eum qui pluribus sufficere possit, ad paucos velle retrahere. Fateor equidem ita se habere, cærerum nescio quæ ab eius electione animum meum ægritudo incessit, quæ gemitum mihi mæroremque parturit nescio dicam, an parit. Nam si quando alias, nun maxime sentio, quam sit mihi charus, cuius desyderiam tam moleste fero. Solacio mihi fuit antehac, et quadam doloris intermissio, quod eum secundo quoque anno præsentem haberem, et si qua tenerer animi sollicitudine, possem eum e propinquo vel literis adire; alioquin cum eo ætaatem exigere, omnibus fortunis protulisset. At nunc his duobus, omnino privatus sum. At hæc oversantur animo beneficia in me non vulgaria sane nec contemnenda, e quibus proclive erat intelligere, ab ipsius amore non peitus extraneum. Ob quæ quantum eum deamem, mox ut designatum priorem domus Cartusiæ rescivi, gemitu et lachrymis, contestatus sum. Quin etiam dum ist hæc ad tuam paternitatem scriberem, gravi etiamnum mærore affectus tenebar. Unde sicubi in hac epistola minus videbor aut ordinis aut rationis meminisse, credas licet orationis cursum dolore interpellatum. Sed quorsum inquires tam multa. Nimirum ut intelligas, atque ex me de aliis facias coniecturam, quam moleste nobis auferri eum, et tam longe hinc abduci laturo simus. Videas nostrorum plurimos animo quam corpore non possunt eum comitari et protensis ad sydera palmis, faustum felixque et iter comprecari. Dicat quod quisque vult, hec esse carnalia et oppido quam carnem sapere. Non ibo inficias, sed quæso te, ut unum hoc mihi dones, humani a me ut homo sum alienum esse nihil. Alioqui cedo mihi virum, qui his affectionibus ex omni sit parte liber. Non existimo ne te quidem (ut de cæteris sileam) siccis visurum oculis eum ab euntem. Non te hyrcane nutrire tigridos, aut duris genuit te cautibus horrens caucasus, ut nullas molliculi cordis fibras tibi natura dederit. Et Pater R., quid de tua sentiam humanitate, quam tam audacter compellare præsumo. Sed ut concludam, nescio quid magni mihi mens prææsagit de hoc R.P. nostro Domino Gulielmo, cæterum hactenus dixisse sufficiat. Illud veri reliquum in occultis dei sinibus iaceat. Cui eum, te quoque et omneis nos commendo, supplicans tit in sua nos ubique voluntate dirigat. Quæso te humanissime pater, ut ne ægre feras meas (si ita iudicaverus) ineptias. Sed existimares velim me

41

familiariter animi curas tantisper tecum communicasse, donec ægritudo hæc abscedat. Mihi crede, graviter atque ex animo lugeo, tantoque gravius, quod in tantis negociorum procellis, quibus haud dubie modo quaquaversum aspicias iactatur, cum ne salutare quidem, nedum meis literis adire et valere dicere præsumo. Atque utinam vel tua charitas vicem meam agere dignetur. Nam insalutatum ammittere religio est. Bene vale, humanissime pater, et pro me deum precator. Ego quoque tui, quantum ab eo mea privitas contendere potest, non obliviscar. E sylva nostra Martiniana, quarto Nonas Decembris. Anno Domini MDXXI



*Hoc anno f. Augusti a vivis V.P.D. Petrus Vassorius de Casleto (Bellacasium Læ. Ammonius indigitat) professus et prior domus Gandensis circiter per quadraginta annos, longoque tem-pore atque iterato Visitoris officio functus est. Vixit in ordine 52 annis siquidem receptus fuit die 23 sept. Anno 1486. Inter suos populares et eiusdem ordini patres extitit præclari nominis quem Philippus Pulche Dux Burgundiæ et idem post Rex Castellæ Pater Imp. Caroli V suu præceptorem nun cupare solebat : quod eius pueritiæ Lovanii olim Pædagogus et in literis pro-bisque moribus institutor fuisset ab ipso quoque Car*  
*Olo in honore habitus, qui in puerili actate ita apud Cartusianos (a quibus vix avelli potuat) fre-quens erat, ut in domicilio Gandensis Cartusiæ (aula non obstante adeo vicina) sæpe de nocte quieverit, eam illic sugens pictatem...P. Vassarius recepit ad ordinem circa principium huius sæculi R.V.D. Guilielmum Bibautium...*

**Gulielmus Lamberti Zuetvoet  
alias Zuucvoit**

a -

b -

c -

d -

e -

f - 3 februari 1515 [c.1515].

g -

---

AC 100:27/2, p. 172, L37-38, c.1515: domnus Vuillelmus Lamberti, professus domus Hollandiæ.  
SAI, Obituarium, 3 Februarius: domnus Wylhelmus Zuetvoet, monachus domus Holllandie.

**Gulielmus Franconus de Leyden**  
**alias Leydis, uten Camp, van den Campe**

- a - m.: Dietwaer Danels
- b -
- c - universiteit Heidelberg 1387  
universiteir Keulen 1389
- d -
- e - Geertruidenberg prior 5 juli 1394 – 1 oktober 1400  
Geertruidenberg monnik 13 juli 1407  
Geertruidenberg vicaris 27 mei 1410  
Geertruidenberg monnik ? - †
- f - c.1427.
- g - .

---

AC 100:25, p. 181, L27-31, c.1395: priori Hollandiæ non fit misericordia. Et committimus futuris Visitoribus, quod habito diligenti consilio oirisperitorum super casibus donni Joannis Eclo incarcerari, si invenerint ipsum non esse obligatum Ordini vel Ordinem non esse obligatum sibi, expellant eundem, alias ordinent de ipso intus vel extra Provinciam sicut ipsis videbitur expedire.

AC 100:25, p. 196, L3, c.1396: priori Hollandiæ non fit misericordia.

AC 100:25, p. 213, L5-7, c.1397: priori Hollandiæ non fit misericordia. Et quia domus non habet loca vacantia, ordinamus quod hospitibus non gravetur usque ad sequens Capitulum Generale.

AC 100:25, p. 229, L31-32, c.1398: priori Hollandiæ non fit misericordia. Et pro quibus prior Herbipolis scripsit, priori Cartusiæ, idem prior respondebit sibi ad partem.

AC 100:25, p. 241, L30-32, c.1399: priori Hollandiæ non fit misericordia. Et concedimus sibi quod de consilio alterius Visitoris possit recipere unum donatum pro quo scripsit Capitulo Generali, servata forma *Novarum Constitutionum*.

AC 100:25, p. 264, L17-18, c.1400: priori Hollandiæ non fit misericordia; et habeat patientiam in suis tribulationibus et pressuris propter Deum.

AC 100:8, p. 121, L15, c.1427: domnus Gulielmus de Leydis quondam prior domus Hollandie, pro quibus fiat [unum tricennarium defunctorum per totum ordinem].

AC 100:10, p. 104, L5, c.1427: domnus Willelmus de Leyda quondam prior Hollandie, pro quibus fiat [unum tricennarium defunctorum per totum Ordinem].

***Gulielmus Johannis Schoonhovius***  
***alias Stronhomus***

*a -*

*b -*

*c -*

*d - Utrecht*

*e - Geertruidenberg hos ? – c.1572*

*Utrecht monnik c.1572- ?*

*Kampen prior ? - †.*

*f - c.1577.*

*g -*

---

*AC 100:49 2, p. 206, c.1572: (domus Hollandie) domnus Guilliermus Schooconianus ibidem hospes revertatur ad domum Trajecti suæ professionis prout petit.*

*AC 100:27/3, p. 230, L24-25, c.1577: domnus Guillelmus Stronhomus, professus domus Traiecti.*

**Henricus de Amsterdam  
de Amsterdammis, Amsterdanis**

- a -
- b - Amsterdam
- c -
- d -
- e -
- f - 7 december 1514 [c.1515].
- g - Had twee zusters, 'sorores claustrales' in Amsterdam.

---

AC 100:27/2, p. 172, L37-38, c.1515: domnus Henricus Amsterdanis, professus domus Hollandiæ.  
SAL, Obituarium, 7 december: dns Henricus Amsterdam monachus domus Hollandie.

**Henricus van Best**  
**alias van Beest, van den Berge**

- a -
  - b -
  - c -
  - d -
  - e - Geertruidenberg procurator 2 maart 1428 – 21 september 1430  
Geertruidenberg prior 19 mei 1431- 3 maart 1434  
Geertruidenberg monnik 3 maart 1434 -
  - f - 17 maart 1449
  - g -
- 

AC 100:9, p. 54, L9-11, c.1431: priori domus Beatæ Mariæ in Hollandia non fit misericordia, et quia domus illa recepit bona emolumenta ex parte domni Ioannis de Sanden revertatur ad domum suæ primæ professionis.

AC 100:24, p. 107, L40-41, c.1431: priori domus Beate marie in hollandia non fit misericordia Et quia domus illa recepit bona emolumenta ex parte dompni Johannis de sanden revertatur ad domum sue professionis prime.

AC 100:9, p. 77, L14-15, c.1432: priori domus Beatæ Mariæ in Hollandia non fit misericordia et quod petunt de dilatione terminorum committitur visitoribus.

AC 100:24, p. 117, L15-16, c.1432: priori beate marie in hollandia non fit misericordia, et quod petunt de dilatione terminorum committitur visitoribus.

AC 100:10: p. 166, L20-21, c.1433: priori domus Beate Marie in Hollandia non fit misericordia.

AC 100:24: p. 124, L13, c.1433: priori domus beate marie in hollandia non fit misericordia.

AC 100:9, p. 99, L32-34, c.1434: priori Beatæ Mariæ in Hollandia non fit misericordia, et pro relevatione taxæ pro prioribus pro toto ordine in concilio residentibus sciat se non esse exauditum sicut nec alii.

AC 100:10, p. 172, L26-28, c.1434: priori Beate Marie in Hollandia non fit misericordia et pro relevatione taxe pro prioribus pro toto Ordine residentibus sciat se non esse exauditum sicut nec alij.

AC 100:24, p. 131, L44-46, c.1434: priori Beate Marie in hollandia non fit misericordia et pro relevatione taxe pro prioribus pro toto ordine residentibus sciat se non esse exauditum sicut nec alii.

AC 100:11, p. 79, L11-16, c.1449: domnus Henricus Beest, quondam prior domus Beate Marie in Hollandia, sacerdos, pro quibus fiat[unum tricennarium defunctorum per totum Ordinem]. Et dictus dompnus Henricus habet plenum cum psalterijs monachatum per totum Ordinem associandum cum primo anniversario currente post diem obitus eius, qui fuit XVII Marcij, & sic scribatur in kalendarijs.

## **Henricus van Coesfeld**

**alias Kenemade, Kenemadius.**

- d - Monichusen ca 1369.
- e - Monichusen prior 1373-1378  
Geertruidenberg prior 1378-1381  
Di prior 1394-1401  
Geertruidenberg prior 1401- †.  
vis prov ; Alem. Inferior. ? -1404  
cvs prov. Rheni 1404-1406  
vis prov. Rheni 1406-1410.  
vis prov. Picardiæ 1410-†.
- f - 9 juli 1410 (te Brugge tijdens de visitatie).
- g - auteur.

---

AC 100:26, p. 20:

KBR, de Wal, 7043, f° 3v: *Advertat prudens lector me in hac serie visitorum non ponere nisi extremos annos hoc est primum et ultimum cuiuslibet visitoris nisi quando convisitor mutatur, pro quo idem observandum erit atque intermedios annos subintelligendos esse. Sciat etiam benignus lector quod D. Theodoricum Terlinc præcesserit in officio visitoris D. Henricus de Cosveldia, prior domus S. Mariæ propè Montem S. Gertrudis, vir, ut ait Trithemius, in scripturis Sanctis studiosus et eruditus, vita et conversatione devotus et magnæ opinionis, moritur in domo Vallis Gratiae propè Brugas visitationis actu salubriter intentus septimo idus julij, anno D<sup>ni</sup> 1410*

KBR, de Wal, ms. 7043, f° 37v: *Henricus Coesfeldius, Westphalica, fuit ditone oriundus utpote diœcesi Monasteriensi, de quo non solum Bostius sed et Trithemius, Sutor, Sixtus Senensis fuit prior domus S. Mariæ prope Montem S. Gertrudis in Hollandia et visitor Picardiæ, honio, inquit Chronicon domus Capellæ, magnæ scientiæ et litteraturæ et bonæ famæ, obiit in actu visitationis dum officio suo facturus satis cartusiam adiret Brugensem, illic namque piè in domino obdormivit anno salutis humanæ 1410, septimo idus julij. Habuit monachatum. Scripsit de (per)profectibus. Vide Bib. Cart.*

PB:

Chr. De Backer, p. 93, n° 92.

Le Vasseur, Ephemerides, II, p.?, Henricus Coesfeld, Geertruidenberg, 1410, 10 juli

*prior Hollandiæ. Patria monasteriensis ; non magis ingenio, eruditione, dicendi facundia, rerumque agendarum dexteritate, quam pietate, devotione ac zelo singularis, tempore schismatis difficilia quæque Ordinis obivit munia. Tanta etenim erat apud omnes in existimatione, ut plerosque Visitatores qui stabant sub obedientia Romani Pontificis, ex mandato Capitulum generalium, ipsum etiam R. P. Stephanum in Cartusia Seiz residentem, visitaverit. Multoties etiam ei fuit demandata Visitatio domorum Angliæ. Cumque multos pro ordinis conservanda stabilitate et unione stabilienda labores exautlassent, dum ex officio lustraret domos Belgii, extremo correptus morbo in Cartusia Brugensi, ibidem in domino obdormivit die 9 Julii, a.1410, bene meritus de Cartusiensi familia. Ejus obitus notatur in Charta generalis ad 10 Julii. De eo meminit Raissius in Auctario SS Molani ad diem 9 Julii, cumque vocat Beatum ; Petræus in Bibliotheca et multi alii.*

*AC 100:27/1, p. 32, L25-29, c.1378: priori Geldriæ fit misericordia ad suam instantiam magnam; et prædicimus eum in priorem domus Hollandiæ; et dominus Joannes de Molendino cum expensis domus suæ vadat ad domum Antverpiæ usque ad Capitulum Generale, si forte recuperare valeat sanitatem.*

*AC 100 :25, p. 181, L32, c.1395 : priori prope Deyst non fit misericordia.*

*AC 100 :25, p. 196, L4-7, c.1396 : priori prope Dyest non fit misericordia. Et conceditur sibi licentia quod possit recipere duos oblatos, servata forma Novarum Constitutionem. Et de incarcerato illo de quo scripsit Capitulo Generali, committitur futuris Visitoribus ordinandum.*

*AC 100 :25, p. 213, L24-28, c.1397 : priori de Diest non fit misericordia. Et committimus Visitoribus, quod in casu quo videatur expediens et utile pro domo, autoritate Capituli Generalis possint sibi concedere quod possit recipere tres donatos, servata tamen forma Novarum Constitutionum; possint etiam concedere quod conversi possint equitare prout scripsit priori Cartusiæ.*

*AC 100 :25, p. 229, L37-42, c.1398 : priori de Diest non fit misericordia. Et de illo monacho ospite de quo cum conventu suo scripsit Capitulo Generali, committimus Visitoribus Provinciæ ordinandum in Provincia eorum prout eis videbitur expedire. Et propter paupertatem dimittimus eis taxam Capituli. Et concedimus eis quod illa bona iam eis data, licet sint extra terminos, possint licite possidere quousque bono modo valeant alienari.*

*AC 100 :25, p. 247, L16, c.1399 : priori de Diest non fit misericordia*

*AC 100 :25, p. 264, L20-25, c.1400 : priori domus prope Diest non fit misericordia. Et iniungimus sibi, ut numerum personarum quem habet ad præsens non augeat sine licentia Capituli Generalis vel Donni Cartusiæ,*

*donec ecclesia et structurae ecclesiae perficiantur. Et super istis de quibus petit consilium, habeat recursum ad priorem Coloniae. Et propter paupertatem, concedimus sibi ut non gravetur hospitibus usque ad sequens Capitulum Generale.*

*AC 100 :25, p. 282, L41, c.1401: priori de Diest non fit misericordia.*

*AC 100:25, p. 310, L18-20, c.1403: priori Hollandiae non fit misericordia. Et approbamus et ratificamus professionem donni Philippi monachi pro qua supplicavit Capitulo Generali; et pro novitio recipiendo respondebit sibi prior Gandavi.*

*AC 100:25, p. 323, L3-5, c.1404: Donnus Cartusiae eligit infra scriptos priores, videlicet ..., Hollandiae, qui &c., plenius continetur.*

*AC 100:25, p. 32, L10-12, c.1404: Domum Valis Omnium Sanctorum visitabunt priores Hollandiae et Erfordiae, domum Novae Cellae visitabunt priores Hollandiae et Herbipolensis.*

*AC 100:25, p. 323, L13, c.1404: Provinciam Rheni visitabunt priores Treviris et Hollandiae.*

*AC 100:25, p. 326, L15-17, c.1404: priori de Lubeck non fit misericordia. Et committimus prioribus Hollandiae et Erfordiae, ut indilate post Capitulum disponant de donno Joanne, alibi eum collocando.*

*AC 100:24, p. 326, L23, c.1404: prioribus Trevereni et Hollandiae non fit misericordia.*

*AC 100:25, p. 327, L3-4, c.1404: priori Traiecti Dominus fecit misericordiam ut speramus. De monacho cuius petivit emissionem conventus, respondebit prior Hollandiae.*

*AC 100 :25, p. 326, L29-30, c.1404 : priori de Diest non fit misericordia. Et sicut supplicavit, Capitulum committit auctoritatem priori Hollandiae super eadem domo.*

*AC 100:25, p. 326, L33-39, c.1404: priori Gandavi non fit misericordia. Supra qua domo concedimus auctoritatem plenam priori Coloniae pro anno praesenti; et auctoritatem quam petit in foro conscientiae committimus priori Hollandiae usque ad sequens Capitulum. Etiam de converso quem petit emittere, committimus eidem priori. Et iniungimus ei, ut satisfaciat priori Treverensi de pecunia quam sibi tenetur; de quibusdem vero prior Cartusiae scribit sibi ad partem.*

*AC 100:25, p. 326, L41-43, c.1404: priori Argentiniae non fit misericordia. Et de quibus supplicavit Capitulo in suo memoriali, respondebit ei prior Hollandiae. Et confirmamus ei super novae plantatione Basilicae auctoritatem quam hactenus habuit.*

*AC 100:25, p. 326, L44-46, c.1404: priori Leodii non fit misericordia. Et pro quibus supplicavit Capitulo Generali, respondebit sibi prior Hollandiae; cui etiam committimus auctoritatem super domum suam usque ad sequens Capitulum Generale.*

*AC 100:25, p. 327, L5-8, c.1404: priori in Amsterledam ad suam magnam instantiam et propter infirmitates corporis fit misericordia. Et confirmationem futuri prioris committimus priori Hollandiae. Et concedimus eis licentiam recipiendi duos donatos prout supplicarunt Capitulo Generali.*

*AC 100 :25, p. 327, L9-13, c.1404 : Vicario domus monialium Sanctae Annae ad suam magnam instantiam fit misericordia. Et committimus priori Hollandiae auctoritatem Capituli Generalis in praeficiendo alium. Et futuris Vicarius habeat auctoritatem Capituli in foro conscientiae, sicut Vicario absoluto fuerat ante concessum. Donno Theodorico respondebit ipse prior Hollandiae.*

*AC 100:25, p. 338, L3-6, c.1405: Donnus Cartusiae eligit infra scriptos priores, videlicet ..., Hollandiae, qui priores &c., plenius continetur.*

*AC 100:25, p. 338, L15, c.1405: Provinciam Rheni visitabunt priores Treviris et Hollandiae. Domum vero Treviris visitabit prior Hollandiae cum socio priore quem duxerit eligendum.*

*AC 100:25, p. 343, L12-15, c.1405: priori Hollandiae non fit misericordia. Et de non veniendo ad Capitulum, habemus eum rationabiliter excusatum; et valde commendamus eum pro fidelibus laboribus suis quos habuit in visitationibus per eum factis. Et de quibusdam occurrentibus, ad partem prior Cartusiae sibi rescribit.*

*AC 100 :25, p. 343, L25-34, c.1405 : priori de Diest non fit misericordia. Et hortamur eum in Domino, ut illum venerabilem fratrem Joannem de Brederode habeat recommendatum, prout commendabilis virtus eius meretur bene. Et committimus priori Hollandiae super dictam domum plenam auctoritatem usque ad futurum Capitulum Generale ; et monemus eum in Domino ut sit magis cautus in receptione novitiorum quam hactenus fuit ; habeat quoque in huiusmodi receptionibus oculus magis ad Dominum quam ad ista temporalia ; Iniungentes sibi ut numerum personarum domus non multiplicet sicut consuevit, ne forte, quod absit, per sui conventus divisionem caeteras domos Ordinis gravari oporteat.*

*AC 100:25, p. 343, L35-41, c.1405: priori Gandavi non fit misericordia. Et ad superabundantem cautelam, ad tollendum scrupulum cuiuscunque, electionem de eo factam auctoritate plenaria confirmamus. Et committimus priori Hollandiae auctoritatem Capituli super dictam domum usque ad futurum Capitulum Generale. Et propter paupertatem eorum, taxam Capituli praesentis anni eis misericorditer relaxamus. Et propter scandalum quod receperunt de miserabili quondam prior suo, eis compatimur et condolemus.*

*AC 100 :25, p. 344, L17-22, c.1405 : priori Leodii non fit misericordia. Et de licentiis quas petivit a Capitulo Generali, respondebit sibi prior Treverensis. Et committimus priori Hollandiae auctoritatem nostram super dictam domum usque ad futurum Capitulum Generale. Et habeat ad eum recursum in suis necessitatibus ;*



*similiter quoque donnus Joannes Virlinck hospes habeat recursum ad eundem priorem, qui ei provideat secundum suam discretionem.*

*AC 100:25, p. 344, L24-28, c.1405: priori Traiecti non fit misericordia. Et concedimus sibi, quod de consilio prioris Hollandiæ et sui conventus possit recipere duos donatos pro quibus supplicavit secundum formam Novarum Constitutionum. Et concedimus fratri Joanni converso hospiti dictæ domus, quod de consensu prioris et conventus possit ibi profiteri.*

*AC 100:25, p. 344, L29-36, c.1405: priori Amsterledam non fit misericordia. Et ad cautelam propter scrupulum omnibus removendum, electionem de ipso factam autoritate plenaria confirmamus. Et committimus priori Hollandiæ super eandem domum plenam autoritatem usque ad futurum Capitulum Generale. Et concedimus sibi et conventui, quod festum Sancti Andreæ Apostoli patronis sui possint cum candelis celebrare. De cæteris respondebit sibi prior Trevirensis; de his vero pro quibus donnus Laurentius monachus domus suæ scripsit Capitulo Generali, respondebit sibi prior Trevirensis.*

*AC 100 :25, p. 344, L37-43, c.1405 : Vicario domus monialium Sanctæ Annæ non fit misericordia. Et donnus Wilhelmus monachus in sua necessitate habeat recursum ad priorem Hollandiæ. Et declaramus quod sicut in domibus monachorum ea quæ dantur vel mittuntur singulariter monachis cedunt ad communem utilitatem, sic etiam in domibus monialium nec aliquis in talibus sic datis vel missis debet sibi proprietatem aliquam vel usum sine speciali licentia Vicarii usurpare.*

*AC 100 :25, p.345, L1-9, c.1405 : priorissæ Sanctæ Annæ non fit misericordia. Et committimus priori Hollandiæ super illam domum plenam autoritatem usque ad futurum Capitulum ; in foro conscientiæ committimus Vicario autoritatem quam Vicarius habuit in anno præterito. Et concedimus quod possint de consilio conventus et prioris Hollandiæ recipere illas duas famulas in donatas ; cui etiam singulariter de donno Theodorico, pro quo scripserunt committimus ordinandum.*

*AC 100 :25, p. 350, L29-30, c.1406 : Franco, magnus benefactor domus Hollandiæ ; habens tricenarium.*

*AC 100 :25, p. 350, L29-30, c.1406 : Franco Dictwaren, civis Leydensis, magnus benefactor domus Hollandiæ.*

*AC 100 :25, p. 356, L18-22, c.1406 : prior Cartusiæ elegit infrascriptos priores : ..., Hollandiæ, qui priores, &c., prout in concessionibus Summorum Pontificum felicitis recordationis Gregorii et Urbani plenius continetur.*

*AC 100 :25, p. 357, L3-5, c.1406 : Provinciam Alemaniam Inferioiris visitabunt priores Erfordiæ et Nurembergæ ; domum Nurembergæ visitabunt priores Hollandiæ et Erfordiæ.*

*AC 100 :25, p. 357, L6, c.1406 : Provinciam Rheni visitabunt priores Hollandiæ et Moguntia.*

*AC 100 :25, p. 357, L7-9, c.1406 : Provinciam Angliæ visitabunt prior Hollandiæ cum socio priore vel monacho quem duxerit eligendum ; cui etiam committimus autoritatem Capituli Generalis super eandem Provinciam.*

*AC 100 :25, p. 360 : L9-10, c.1406 : priori Herbipolensi non fit misericordia. Et de his quæ scripsit Capitulo Generali, respondebit sibi prior Hollandiæ.*

*AC 100 :25, p. 361, L4-5, c.1406 : Provinciam Alemaniam Inferioiris visitabunt priores Erfordiæ et Norimbergæ.*

*AC 100 :25, p. 361, L6, c.1406 : Domum Norimbergæ visitabunt priores Hollandiæ et Erfordiæ.*

*AC 100 :25, p. 362, L27-28, c.1406 : priori Moguntia non fit misericordia. Et super his quæ pitvit a Capitulo Generali, respondebit sibi prior Hollandiæ.*

*AC 100 :25, p. 362, L39-40, c.1406 : priori Hollandiæ non fit misericordia. Et habeat patientiam in officio prioratus et visitationis propter Deum et sui magnam coronam.*

*AC 100:25, p. 362, L45-46, c.1406: priori Colonia non fit misericordia. Et pro quibus supplicavit Capitulo Generali, prior Hollandiæ respondebit sibi.*

*AC 100:25, p. 363, L13-16, c.1406: priori Argentinæ non fit misericordia. Et de dispositione novæ plantationis Basileæ, in præsentī Capitulo informavimus priorem Hollandiæ de voluntate nostra, qui de illa ordinabit secundum quod sibi videbitur expedire.*

*AC 100:25, p. 376, L6-9, c.1407: prior Cartusiæ eligit infrascriptos priores, ..., Hollandiæ, qui &c., plenius continetur.*

*AC 100:25, p. 377, L14, c.1407: Provinciam Rheni visitabunt priores Hollandiæ et Moguntia.*

*AC 100:25, p. 377, L15-16, c.1407: Provinciam Angliæ visitabit prior Hollandiæ cum socio priore vel monacho quem duxerit eligendum.*

*AC 100:25, p. 380, L25-28, c.1407: priori Hollandiæ non fit misericordia. Et excusationem eius grater acceptamus; et exhortamur eum in Domino, ut intuitu retributionis æternæ patientiam habeat propter Deum in laboribus quos ei iniungit obedientia sancta. prior vero Cartusiæ d quibusdam eum aduisat.*

*AC 100:25, p. 380, L32-33, c.1407: priori prope Diest non fit misericordia. Et autoritatem Capituli Generalis super eandem domum committimus priori Hollandiæ.*

*AC 100 :25, p. 380, 34-p. 381, L4, c.1407 : priori Gandavi non fit misericordia. Et concedimus ut petunt, quod in casu quo esset ei necessarium habere consilium unius prioris Ordinis, habeat recursum ad Vicarium sanctimonialium domus Sanctæ Annæ prope Brugis. Et super eo quod petit non gravari hospitibus, committimus priori Hollandiæ ; cui etiam committimus autoritatem super annum quoad illam domum.*

*AC 100:25, p. 381, L9-14, c.1407: priori Leodii non fit misericordia. Sed committimus priori Hollandiæ ut eam sibi faciat si videbitur opportunum; cui etiam committimus super eandem sibi faciat si videbitur opportunum;*

*cui etiam committimus super eandem domum plenam auctoritatem. Et quoniam ex corde compatimur eorum tribulationibus et angustiis, taxam Capituli eis misericorditer relaxamus. De consilio vero quod a nobis petunt, informabimus eundem priorem Hollandiæ, ad quem ut dictum est possunt habere recursum.*

*AC 100 :25, p. 381, L27-33, c.1407 : priorissæ Sanctæ Annæ non fit misericordia ; et ad consolationem eius et aliarum venerabilium filiarum suarum, ordinamus quod donnus Hermannus Vicarius earum non possit eis auferri sine licentia Capituli Generalis vel prioris Cartusiæ ; cui committimus quoad forum conscientie concessam hactenus auctoritatem. Insuper licentias quas petiverunt libentissime concessimus. Et super eandem domum committimus plenariam auctoritatem priori Hollandiæ super annum.*

*AC 100:25, p. 392, L5-7, c.1408: prior Cartusiæ eligit infrascriptos priores, ..., Hollandiæ, qui &c., plenius continetur.*

*AC 100:25, p. 393, L9, c.1408: Provinciam Rheni visitabunt priores Hollandiæ et Moguntia.*

*AC 100:25, p. 393, L17-22, c.1408: Provinciam Angliæ visitabit prior Hollandiæ cum socio priore vel monacho quem duxerit eligendum, quem etiam toties quoties fuerit opportunum poterit mutare. Committimusque ei super eandem Provinciam nostram plenariam potestatem, qua etiam auctoritate possit alios Visitatores ordinare, qui eandem Provinciam visitent pro hac vice in casu quo per seipsum eam visitare non posset.*

*AC 100:25, p. 396, L24-26, c.1408: priori Hollandiæ non fit misericordia. Et exhortamur eum in Domino, ut in laboribus præsertim ex obedientiz sibi iniunctis habeat patientiam; de quibusdam vero prior Cartusiæ sibi scribit ad partem; et de quampluribus prior Moguntia sibi loquetur.*

*AC 100:25, p. 396, L31-36, c.1408: priori prope Diest non fit misericordia. Et licentias quas super annum prior Hollandiæ concesserat confirmamus ; et consilium quod petit, requirat ab eodem priore Hollandiæ. Et miramur quod sic multiplicaverit personas etiam ultra numerum ab Ordine constitutum ; quare monemus eum, imo prohibemus, ne amodo audeat taliter personas multiplicare.*

*AC 100:25, p. 381, L9-14, c.1407: priori Leodii non fit misericordia. Sed committimus priori Hollandiæ ut eam sibi faciat si videbitur opportunum; cui etiam committimus super eandem sibi faciat si videbitur opportunum; cui etiam committimus super eandem domum plenam auctoritatem. Et quoniam ex corde compatimur eorum tribulationibus et angustiis, taxam Capituli eis misericorditer relaxamus. De consilio vero quod a nobis petunt, informabimus eundem priorem Hollandiæ, ad quem ut dictum est possunt habere recursum.*

*AC 100:25, p. 397, L13-15, c.1408: priori Amsterledam non fit misericordia. Et de his quæ petit, respondebit sibi prior Moguntia. Et licentias concessas per priorem Hollandiæ confirmamus.*

*AC 100 :25, p. 397, L23-26, c.1408 : priorissæ Sanctæ Annæ non fit misericordia. Et prior Hollandiæ super eandem domum nostram plenariam concedimus auctoritatem. Et concedimus sibi quod possit recipere duas donatas ut petivit a Capitulo Generali.*

*AC 100:25, p. 411, L8-10, c.1409: prior Cartusiæ eligit infrascriptos priores, ..., Hollandiæ, qui priores &c., plenius continetur.*

*AC 100:25, p. 411, L13-14, c.1409: Donnum Cartusiæ ac somum Sabcti Joannis in Seitz visitabunt priores Hollandiæ et Moguntia.*

*AC 100:25, p. 412, L3, c.1409: Provinciam Rheni visitabunt priores Hollandiæ et Moguntia.*

*AC 100:25, p. 412, L12-14, c.1409: Provinciam Angliæ visitabit prior Hollandiæ cum socio priore vel monacho quem duxerit eligendum; committimusque super eandem Provinciam nostram plenariam auctoritatem.*

*AC 100:25, p. 415, L21, c.1409: priori Hollandiæ non fit misericordia.*

*AC 100:25, p. 415, L42-43, c.1409: priori Ruremundæ non fit misericordia. Et de licentiis quas petivit, respondebit sibi prior Hollandiæ.*

*AC 100:25, p. 416, L4-12, c.1409: priori Amsterledam non fit misericordia. Sed propter instantissimas preces suas committimus priori Hollandiæ ut eam sibi faciat, si hoc sibi et conventui videbitur expedire; de petitionibus autem quas fecerunt Capitulo Generali, commissimus priori Hollandiæ prædicto. Et quia donnus Laurentius monachus eiusdem domus a pluribus Visitoribus est reprehensus, et adhuc fatuitatem suam non dereliquit, et iterum indiscrete scripsit Capitulo Generali de suo priore quod non credimus secundum Visitorum testimonium esse verum; ideo iniungimus sibi ut tria psalteria dicat, ter quoque in refectorio ad terram comedat.*

